

NvCLEVS
lius, vivo videntique OTTONI
jam (ut intuta sunt adversa) ab a-
micis ipsoque Henrico fratre Palati-
no deserto, surrogatus Aquisgrani
coronaretur anno MCCXV.

§.CLIV. Et ab eo tempore ad fata-
le usque emigrationem Otto Cæ-
sar privatus vixit Harzburgi, sine o-
mni spe vel cogitatione Imperii re-
cuperandi: et si nec a titulo ejus absti-
neret, nec regalia insignia e manibus
dimitteret. Obitus Ottonis conti-
git anno MCCXIX. corpusque e-
jus Brunsvicum est translatum, &
imperialibus indumentis juxta pa-
rentes in basilica Blasiana sepultum.
Testamentum illius exhibit Henri-
cus Mcibomius in eruditissima pro i-
pso in Vrspergensem, Cuspinianum,
Munsterum aliosque Ottonis oso-
res *Apologia.*

§.CLV. Geminam vero in Papa-
libus diris fortunam habuit Frideri-
cus II. Nam licet anno MCCXX. ab
Honorio III. coronaretur Romæ;
quod